

XVI

F-26

# BVLLA S. D. N. SIXTI PAPAE QVINTI

Extensionis, & nouæ erectionis locorum mille  
Montis Prouinciarum status Ecclesiastici  
extinguibilis, alias eretti.



R O M AE;  
Apud Hæredes Antonij Bladij, Impressores  
Camerales. M. D. LXXXVI.

1586

R. 93970



BALIARINA  
PAPE GAVINTI

Elegancies & danses de la Cour  
Musique pour l'Amour et la Guerre  
exécutées par le Roi



ROYAL  
Academy of Fine Arts of Valencia  
Clemente. M.D.LXXXVII

6.000



**SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei**  
**Ad perpetuam rei memoriam.**



I VINA voluntate superni patris familias, personam gerentes in terris, qui solo suo nutu dat cuncta moueri, omniaque disponit, prout maxime conspicit expedire circa Romanę Ecclesię itatum, quo illi securitatem pacem, & tranquilitatem, vndiq; parare possimus asidue inuigilamus, verum dum eam ob causam, aliasq. quā plurimas, vel ad publicum Christianæ Reipublicæ commodum, & utilitatem maxime pertinentes, quibus pro iniuncto nobis muneri minime deesse possumus ingentes sumptus nobis faciendi sunt, & maiores indies immineant in hac rerum omnium angustia ærarijque nostri ingenti tenuitate, qua maxime vexamur, dum inter cætera præsentis pecunia, Vrbem nostram ab annone inopia subleuare cogimur ab his rebus auxilia superiorum temporum, & prædecessorum nostrorum exempla: confessantes nobis expetenda esse existimauimus, quę nobis nō paruo subfido esse possint, subditisque nostris, quos insigni benevolentiae, atque caritatis affectu prosequimur grauia non sint, ijdemque nouis impositionibus, aut oneribus non prægrauentur, à quibus indicendis quantum in nobis erit omnino constitimus abstinere. Animaduertētes, itaque alias fel rec. Gregoriū Papā xij. prædecessorem nostrum, vestigal quinquaginta librarum, quatreni Carnis Suinæ augumentum nuncupatum antea impositum quod omnino soluendum erat ad summā triginta millium scutorum reduxisse, ac cū subfido triennali coniuxisse in idemque subfidiū transtulisse, nec non triennali subfido idem augmentum perpetuo applicuisse, & incorporauisse, ita, vt simul cum ipso subfido trien-

A 2 nali



nali ab his à quibus deberetur iuxta taxam ī Camera Apo-  
stolica annotatam exigeretur, ac quo Vniuersitates ex Pro-  
uincij ditioni Ecclesiast. subiectis, à solutione dicti augmē-  
ti intra aliquod temporis spaciū se eximere possent super  
dicto augmentatione in Vrbe, vnum montem redimibilem  
Prouinciarum status Ecclesiastici nuncupatum trecentorū  
millium scutorum erexit, eidemque sic erecto pro illius  
fructibus scuta nouemdecim millia, & quingenta ex augu-  
mento p̄dicto residuum vero pro eiusdem Montis redē-  
ptione; & extinctione assignauit, ac in executionem co-  
rundem etiam vigore cedula, Motu proprio ab ipso p̄de-  
cessore emanate inter Cameram Apostolicam, ac dilectum  
filium Bernardum Olgiatum, tunc dicti p̄decessoris, ac  
p̄dictæ Cameræ depositarium generalem contra Etum ini-  
tum tuisse, quo loca ter mille dicti Montis, qui Prouincia-  
rum status Ecclesiastici appellaretur, cum assignatione red-  
ditus nouemdecim millium, & quingētorum scutorum pro  
illius dote venditionis titulo concessa fuerunt, eūdemque  
Bernardū statutis terminis scut. trecentamillia Cameræ Apo-  
stolicæ, eam ob causam publico instrumento soluere promi-  
sse, contra Etumque per eundem p̄decessorem, quate-  
nus opus esset defectus supplendo, si qui in eo interuenis-  
sent confitatum, approbatumque extitisse, ac demum ha-  
bito super his, cū venerabilibus fratribus nostris, tunc suis,  
de quorum numero eramus, consilio, maturaque delibe-  
ratione in Consistorio suo secreto, ac de tunc sibi attribua-  
ta Apostoli cæpotestatis plenitudine, super his omnibus  
Montis huiusmodi erectionem respicientibus transfigisse,  
eundemq; Bernardū fide, & facultatibus idoneum inter alia  
ad solutionem fructuum Montis huiusmodi, ac illius extin-  
ctionem per instrumētum in eadē Camera se expresse obli-  
gauisse, & absque alia diminutione, seu retentione perpe-  
tuis futuri temporibus donec mons p̄dictus duraret fa-  
cienda conditione, etiam adiecta, quod si nō vñquam  
tempore

tempore idem Bernardus, vel eius hæredes fructus dicti Montis soluere introitus exigere, & Montem ipsum extingue-re præter, & contra formam dicti contractus cessassent li-  
ceret eisdem Montistis ultra obligationes dicti Bernardi in  
codem contractu expressas propria auctoritate, etiam absq.  
iuris, & Iudicis ministerio, ex subsidio dicta summam no-  
uemdecim millium, & quingentorum scutorum, pro rata  
locorum, quæ extinguenda remansissent exigere, & resi-  
duum in extinctionem, ac recuperationem prædictas con-  
uertere, & ad id quoscunque ministros expensis, ex dicto  
subsidio deducendis deputare, necnon montem huiusmo-  
di illiusque personas in suum dictæque Cameræ locū, quo  
ad dictam summam triginta millium scutorum prædictorū,  
& illorum exactiōnem, ac perceptionem, donec Mons pre-  
dictus (ut præmittitur) duraret, & idem Bernardus, vel  
sui hæredes in solutione iuxta formam dicti contractus, ut  
præfertur cessassent, posuisse, substituisse, & subrogauisse,  
& ex tunc pro maiori Montis, personarumque, & Colle-  
gij cautela, & securitate ultra huiusmodi subsidium omnia,  
& singula sedis, & Cameræ prædictarum bona mobilia, &  
immobilia præsentia, & futura, vbi libet existentia, etiam si  
census, & regalia, aut alias talia essent, quæ in generali obli-  
gatione non comprehendenderentur, nec venirent monti præ-  
dicto, ciusque Collegio, & personis in solidum obli-  
gauisse, hypothecauisse, ac obligata, & hypothecata es-  
se decreuisse, volens insuper inter cætera, & Apostolica au-  
toritate prædicta decernens, quod solutis integræ fructi-  
bus dicti montis residuum iuxta formam dictæ cōvencio-  
nis conuerteretur in ciusdem montis extinctionem prout  
etiam ad huiusmodi extictionem faciendam, idem Bernar-  
dus in eadem Camera se obligauerat, quodque dum huius-  
modi Mons redimere, id per extractionem, coram Thesau-  
rario, & Cameræ ciusdem Decano, vel eo absente, aut im-  
pedito, antiquiori Clerico dictæ Cameræ sicer, & alias prius

in ex-

in extincione Montis Carnis Populi Rōmāni seruaretur, sa-  
etaque dicta extractione, ac restitutis nomine ipsius Came-  
rē centum scutis pro quolibet loco, vel factō reali deposito  
vna cum emolumentis, propterea debitīs, loca illa libere  
extinguerentur, nec amplius vendi, pignorari, aut hyp-  
othecari possent, sed statim facta redemptione Mons præ-  
dictus pro ea parte, quæ retenta fuisset, eo ipso extinctus cē-  
seretur, eiusdemque prædecessoris nostri literē, quoad lo-  
ca sic extincta illarum effectu sequuto expitarent, nulliusq,  
cūsent roboris, perinde, ac si vñquam emanassent, ac pro-  
pterea, ut extincto dicto Monte impositio subsidij scutorū  
triginta millium prædictorum, & illius incorporatio pror-  
sus abolita esset, nec amplius à Prouincijs, Communitati-  
bus, locis, eiusdem status exigi posset, neque popu-  
los particularesue personas, ex causa dictarum quinqua-  
ginta libraturum carnis suinæ solite ante concessarum, vel v-  
nius suis, pro familia, per Romanum Pontificem pro tem-  
pore, & Cameram prædictam ipsiusue cōmissarios, & qua-  
reni carnis exactores, quovis modo molestari, aut inquie-  
tari deberent, quodque vnaqueque Ciuitas Terra, & locus  
status prædicti durante ipso Monte, iuxta portionem suam,  
secundum taxam in Camera Apostolica, tunc constitutam  
solueret, in qua eorum, qui exemptione gaudere deberent  
congrua ratio habita fuisset, iuxta formam impositionis  
dictæ Gabellæ, literæque Apostolicæ in contrarium exhi-  
bitæ, nemini suffragarentur, & alias, prout idem prædeces-  
sor in singulis literis super impositione, & Montis prædicti  
erectione confessis latius continet, quorum tenores pre-  
sentibus pro expressis haberi volumus, nunc autem intel-  
ligentes ex dicta summa triginta millium scutorum, quæ  
solutis fructibus dicti montis creditoribus superfuit à dicti  
montis erectione, hactenus in hunc usque diem loca Mo-  
nis numero mille redempta, extinctaque fuisse victi vrgen-  
tibus, necessitatibus, quæ nos vndique circumstant, & pre-  
sertim.

serit dum publica de causa, vbi que gentium, & locorum  
quo maiori possumus conatu, & studio fidem Catholicam  
augere, & propagare, nostramque, & Sedis Apostolicæ ma-  
iestatem, dignitatemque pro viribus omni ope, præsidio-  
que muniti, tueri, & conseruari nitimur eius redemptio-  
nis, & extinctionis effectum in aliud magis opportunū tē-  
pus consulto duximus differendum singulas igitur dicti  
prædecessoris literas, ac si de verbo ad verbum his no-  
stris, literis exprimerentur pro insertis habentes, dictique  
prædecessoris voluntatem, decreta, & ordinationes su-  
per extinctione, & redemptione prædicta, initasque per di-  
ctum Bernardum obligationes, ac desuper, tam à præfato  
Bernardo, quam ab alijs quibuscumque præstata iuramenta  
illarumque effectum extinctionem, & redemptionem præ-  
dictam respicientes in quantum obstat, & infrascriptis ob-  
stare possunt, suspendentes, & respectue calsantes, & abo-  
lentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, ac de simili Aposto-  
licæ potestatis plenitudine dicta loca numero mille, quorū  
quilibet scutis centum monetæ, iulijs decem pro quolibet  
scuto computatis inferior nō existat pro tot personis, quot  
pecunias usque ad summam cētum millium scutorum eā ob-  
causam erogauerint, denuo instituimus, Mōtēq. Prouincia-  
rum, ita ut ex ter mille locis nūc constet, prout in illius pri-  
meuaer ectione constitutus fuit, ad augemus, ita tamē, quod  
ad extractionem illorum, qui in dictis locis mille per nos,  
modo erectis, & ad auctis creditores descripti fuerint ad hu-  
iustodi mille locorum extinctionem non deueniatur, nisi  
prius duorum millium locorum creditoribus ex primeua in-  
stitutione remanentibus iuxta prædicti prædecessoris ordi-  
nationem penitus extractis, ac dictis duobus millibus locis  
in totum extinctis, atque redemptis, necnon nouemdecim  
millia, & quingenta scuta integre annuatim prædicto Mō-  
ti Prouinciarum, & illius creditoribus ad rationem sex cū  
dimidio; pro quolibet centinario per depositarium dicti

Mon-

Montis, annis singulis dicti prædecessoris literis, & ordina-  
tioni, etiam respectu redemptionis, & extinctionis im-  
postorum sequendę. Inhærentes primo solutionis termino ab  
hodie; quoad summam mille locorum, inchoando præsta-  
ri, & numerari intendimus, & mandamus, quodque eis-  
dem auctoritatibus, facultatibus, priuilegijs, exemptio-  
nibus, & immunitatibus prorsus & omnino gaudeant, tam  
antiquitus descripti: quam imposterum subscribendi eius-  
dem Montis creditores: prout prædicti prædecessoris lite-  
ris cautum est gaudere, & potiri, omniaque: & singula in  
fauorem, & securitatem Montistarum prædicatorum: usque  
nunc per sedem: & cameram Apostolicam concessa: præ-  
sentium literarum auctoritate, indulta censeantur: ac cir-  
ca eadem nulla prorsus differētia: per has nostras literas in-  
ducta intelligatur; nisi occasione augementi: & extensio-  
nis, ac nouæ erectionis dicti Montis, ultra quantitatem  
duorum millium locorum, quæ nunc sunt ad alia mille lo-  
ca, ita ut ex ter mille locis, id ē Mons, ex nostra dispositione  
constet, prout initio fuerat ordinatū eodem extinctionis, &  
redemptionis ordine imposterū seruato, cæterisque in dicti  
prædecessoris literis, statutis in suo robore immotis manen-  
tibus. In depositariū autem dicti Montis per nos instituti,  
& renouati, eundem Bernardum Olgiatum cum omnibus  
honoribus, oneribus, facultatibus, iuribus, & priuilegijs  
eidem, ex primęa creatione per eundem prædecesorem  
facta, & contractu in Camera Apostolica stipulato conce-  
sis, & competentibus, quę etiam, quoad ista loca mille in-  
stituta, & aucta extendimis, & de novo concedimus, dū-  
modo Bernardus prædictus, de soluendo creditoribus mó-  
tis huiusmodi, qui pro tempore fuerint fructus, & prouen-  
tus ad rationem prædictam, & successiue de extinguendo  
loca mille huiusmodi ordine supradicto seruato, & in re-  
liquis iuxta formā literarū eiusdē prædecessoris nostri, & cō-  
tractus in Camera Apostolica, & tempore celebrati se, ac  
suos

suos heredes, & bona in forma Cameræ apostolicæ obliget  
confirmamus, & quatenus opus sit de novo constituimus, &  
deputamus, mandantes dilecto filio nostro Philippo, sancti  
Angeli in foro piscium, diacono Cardinali S R E. Camera-  
rio, & Cameræ apostolicæ præsidentibus, & Clericis, quate-  
nus præsentes admittant, ac in libris eiusdem Cameræ de-  
scribi, præmislaque omnia & singula obseruari, ac Montistis  
tam descriptis, quam in futurum describendis assistere, & de  
emolumentis, iuxta formam literarum ad dictam rationem  
responderi faciant, ac pro eorundem fructuū solutione eo-  
rumdemq; obseruatione ad cautelam, etiam de nō absque  
hypotecharum, & obligationum in dicti Montis auorem,  
& commodum factarum præiudicio, & nouatione subsidi-  
um triginta millium scutorum, cum emolumentis subsidijs  
triennalis coniunctū in genere & in specie: ita tamen quod  
per speciem generi non derogetur, & nulla quoad nos &  
Cameram predictam respectu cautellarum, & obligationū  
erga dictos Montis creditores censeatur facta nouatio: sed  
iura iuribus addita sint, atque accumulata, ac iuxta formam  
literarum dicti predecessoris, ac taxam descriptam annua-  
tim per prouincias, ac loca status ecclesiastici persoluendam  
in erectione dicti Montis, pro illius Montistarum fructi-  
bus, ac pro extinctione eiusdem Montis, donec Mons hu-  
iusmodi durauerit, ac extintus fuerit assignatum exten-  
dimus, & prorogamus dictasq. prouincias, & loca ad idem  
subsidium soluendum Monte huiusmodi durante, etiam re-  
spectu extinctionis, & prorogationis temporis ratione mil-  
le locorum huiusmodi per nos, ut præfetur, auctor, &  
de novo auctorum teneri, nec aduersus predicta ad se ab  
ea solutione in toto, vel in parte excusandum lesionis, aut  
restitutionis in integrū, aut aliud quocunque remedium  
intentari, & eo intentato ut in iudicio, vel extra, posse vo-  
lumus, ac etiam in vim obligationum per dictum Bernar-  
dum ad auorem prouinciarum super redēptione predi-

B. Etia ini-



ta initarum, aut contra ipsum, vel eius hæredes agi nequaquam posse intendimus, volumus, & mandamus: quinimo etiam omne ius, & actionem huic nostræ dispositioni contrariam, & quatenus ei contrarietur, quod & que vigore predicti Greg. predecessoris cōcessionis, & eius literarū, etiam consistorialium p̄ædictarū, necnon contractuum, & obligationū dicti Bernardi, etiā medio iuramento, & obligatione camerali factarū, quorum tenores hic etiam pro sufficienter expressis, ac si ad verbum inserti forent, haberi volumus dictis prouinciis, locis, & communitatibus, vel aliis quomo dolibet competeteret, aut competere posset, motu simili, ex certa sciētia, ac apostolice potestatis plenitudine irritamus, cassamus, abolemus, & extinguimus, necnon molestias locorum nunc superadditorum emptores ad probandum causas augumenti, & nouæ institutionis dictorum mille locorum, & in quos usus pecuniae ex dictis locis Montium in unum redigendæ per nos conuertendæ erunt, nequaquam teneri, ac fructus sex cum dimidio pro quolibet centinario assignatos, ut p̄fertur, in sorte cōputari non posse, sed illos tam veteribus, quam nouis Montistis liberè percipere licere volimus, ac mille locorum, iuxta extensionem, erectionem, & ampliationem nostram, denuo factam institutionem, ac eorūdē faciendas vēditiones, & alienationes, ac circa illa gesta, & gerenda quecunque eā vim, ac robur obtinere statuimus, ac si per nosmet ipsos, & in consistorio nostro secreto, ac de dictorum fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio, & matura deliberatione factæ fuissent, illaque ex nunc motu & scientia, ac de apostolice potestatis plenitudine similibus approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos etiam solemnitatum, quantumuis substantialium quomodo libet circa eadem ommissarum defectus, si qui in p̄missis interuenerint, ac etiam quarumcunque communitatum, & prouinciarum, seu aliorum quorumuis consensuum plenissime sup̄lemus, ac p̄missa omnia vim validi, initique & sti.



& stipulati contractus inter nos, & Cameram prædictam habere, ac tam antiquos, quam nouos Montistas, inter quos, ac antiquos omnem differentiam summoueri, atq. cessare omnino volumus, ac in omnibus & per omnia adequamus dummodo pro mille locis denuo superadditis creditores descripsi ultimo loco extrahantur: ut supra statutum fuit, sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices ordinarios & delegatos, omnique ac quacunque etiam cardinalatus honore dignitate fulgentes, ac caularum palatii apostolici auditores, necnon dictæ Cameræ præsidentes, & clericos sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere, irritumque & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, non obstantibus etiam nostra, ac nostrorum prædecessorum de non tollendo iure quæsito, ac quatenus opus sit recolen. mem. Symmachi, Pauli ij. Pauli iiiij, & Pij v. & aliorum prædecessorum de rebus eccles. non alien. aliisq. constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, etiam consistorialiter editis, & emanatis, ac quibusuis Cancellariæ regulis, ac eiusdem Cameræ decretis, & ordinationibus editis, atque ædendis, necnon ad fauorem prouinciarum, & locorum status ecclesiastici initis promissionibus, & obligationibus, etiam iuramento, aut aliis efficacioribus clausulis, & cautelis vallatis, & his omnibus, quæ in singulis literis super dicto subsidio per dictum, & alios ante eum prædecessores æditis voluerunt non obstat. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expressio, & forma habenda esset eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque: volumus au

B 2 tem



tem præsentium exemplis; etiam impressis Notarii publici  
manu subscriptis, ac sigillo Collegii Montis huiusmodi, si-  
ue personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis can-  
dem prorsus fidem adhiberi, quæ his originalibus literis  
haberetur, exhibitis, vel ostensis. Nulli ergo omnino homi-  
num liceat hanc paginā nostræ institutionis, adauctionis,  
extensionis, cōcessionis, cōfirmationis, prorogationis, statu-  
ti, approbationis, cassationis, abolitionis, extinctionis, ade-  
quationis, decreti, mādati, volūtatis, & derogationis infrin-  
gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis aut̄ hoc attenta-  
re præsupserit indignationē omnipotentis Dei, ac beatorū  
Petri & Pauli apostolorū eius se nouerit incursum. Da-  
tum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Do-  
minicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto,  
**Calendis Martii, Pontificatus nostri anno primo.**

**Hipp. Card. Aldobrandinus Prodatarius.**

**Io. Bap. Canobius.**

**A. de Alexiis.**

**Registrata apud Io. Baptistam Secretarium.**

Die xiii. Martii 1586. Præsentes literæ apostolicæ præ-  
sentatæ fuerunt in plena Camera apostolica, & ex decreto  
in ea maturè factō admisſe, & in illius libris registratæ, vide-  
licet libro primo signaturarū Sanctiss. D. N. folio nonagesi-  
mo septimo penes me infra scriptum dictæ Cam. Notarium.

**Tydeus de Marchis.**

Deinde dicta die Coram Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Phi-  
lippo, S. Angeli in foro Piscium, Diac. Cardinali Vastauilla-  
no, S. R. E. Camerario, & Reuerendiss. Dominis Benedi-

cto

et Iustiniano, Thesaurario apostolico generali, Julio Vi-  
tello, Cameræ apostolicæ Decano, Fabio Corneo, Augu-  
stino Cusano, Fantino Petrignano, Archiepiscopo Cusen-  
tino, Angelo Cesio, Episcopo Tudertino, Alexandro Glo-  
riero, Alejandro Centuriono, & Anibale de Grassis, Epi-  
scopo Fauentino, dictæ Cameræ Clericis præsidentibus Ro-  
mæ in palatio solitæ residentiæ præfati Illusterrimi D. Ca-  
merarii pro negotiis ipsius Cameræ pertractandis, ut mo-  
ris est, congregatis, & coadunatis, Cameram ipsam facien-  
tibus, & representantibus: assistentibus ibidem Reuerendissi-  
mo Domino Mariano de Perbenedictis, Episcopo Martu-  
ran. Almae Vrbis Gubernatore Vicecamerario, Reue-  
rendo P.D. Marc'antonio Olgiato, dictæ Cameræ præsiden-  
te, ac eximiis legum doct. Dominis Cesare Marsilio paupe-  
rum, & Petro Aldobrandino fisci actuocatis, necnon Magni  
ficiis Dominis Io. Iacobo Panico, procuratore fiscali, & Io.  
Bernardino Piscina, dictæ Cameræ generali Commissario,  
ac in mei, &c. præsentia personaliter constitutus. Magnificus  
Dominus Bernardus Olgiatus, Depositarius suprascriptus  
cercioratus de suprascriptis literis apostolicis, & illarū to-  
to tenore sponte, &c. in earum executionem se obligauit,  
de soluendo creditoribus supradicti Montis prouinciarum  
occasione locorum mille in eisdem literis de novo institu-  
torum, & renouatorū absentibus me Notario &c. fructus,  
& prouentus ad rationem in illis contentam, & successiue  
de extinguendo loca mille huiusmodi seruato ordine in  
dictis literis tradito, & in reliquis, iuxta formam literarum  
fel. rec. Greg. pape xiii. super erectione Montis prouincia-  
rum huiusmodi alias expeditarum, ac contractus in Came-  
ra apostolica, die quarta Maii, 1576. ex actis mei, &c. desu-  
per celebrati. Et viceversa suprascripti Illusterrimus & Re-  
uerendissimus D. Cardinalis Camerarius, ac Reuerendiss.  
D. Thesaurarius Decanus, & Clerici Sanctissimi D. N. Pa-  
pæ; & Cameræ apostolicæ nominibus, etiam sponte, &c.  
promiserunt,

promiserunt, & se obligarunt in omnibus & per omnia,  
iuxta formam, & tenorem dicti contractus dicti die quar-  
ta Maii 1576. ut præfertur, celebrati quod & in eo conten-  
ta quæcunque hic pro reperitis, & ad verbum insertis habe-  
re voluerunt, & volunt, & præmissa omnia dicti contrahen-  
tes quibus supra respectiue nominibus attendere, & obser-  
uire promiserunt, & quilibet eorum promisit, alioquin ul-  
tra obseruationem teneri voluerūt ad inuicem, & vicissim  
ad omnia damna, &c. de quibus, &c. absque, &c. Et pro  
præmissorum omnium obseruatione, ut dictum est, præfati  
**Illusterrimus & Reuerendissimus Dominus Cardinalis Ca-**  
**merarius, & Reuerendissimi Domini Thesaurarius, Deca-**  
**nus, & Clerici dictam Reuerendam Cameram, & illius bo-**  
**na, &c. dictus vero D. Bernardus Depositarius seipsum,**  
**suosque hæredes & successores, ac sua, & illorum bona,**  
**&c. in ampliori forma Cameræ apostolicæ cum solitis, &**  
**consuetis clausulis & vinculis ad voluntatem dictorum con-**  
**trahentium per me Notarium extēdendis obligarunt, &c.**  
**& tactis videlicet per dictos Illusterrimum, & Reuerendissi-**  
**mós Dominos pectoribus more prælatorum, per dictum**  
**vero D. Bernardum scripturis sacrosanctis iurarunt, &c.**  
**super quibus, &c. Actum Romæ, ubi supra, præsentibus**  
**ibidem DD. Vincentio Rentio, & Hermete Caualletto, di-**  
**cetæ Cameræ Ratiocinatoribus, ac Magnifico D. Camillo**  
**Moretto Iuris utriusque Doctore in Romana Curia causa-**  
**rum procuratore testibus, &c.**

**Idem Tydeus.**